UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam sententiaru[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis creberrimis roborata

Colonie, 1506

VD16 T 655

De sancto Stephano

urn:nbn:de:hbz:466:1-30585

Visual Library

De ſancto Stephano

phat. vñ. ij. Reg xxij. Accinxiſti me fortitudine ad ꝑlium. ⁊ incuruaſti re
ſiſtentes mihi ſubtus me. Scđo ditat. vñ Prouer. x. Egeſtatē opata eſt
manus remiſſa. manus aūt fortiū ꝯpat diuitias. Tercio glificat. vñ in
puerb. Man⁹ fortiū dñabiť. q̄ aūt ē remiſſa tributis ſeruit. his igiť trib⁹
ꝯditōnib⁹ xp̄s fortitudinē habuit. De ſcđo aūt đr in euan. videlicȝ de re-
tributōe mercedis poſt laborē. Dignus em̄ eſt mercenari⁹ mercede ſua.
et itež. Beati eſtis q̄ mecū in tentatōnib⁹ ꝑmanſiſtis

¶ Circa lrām nota ꝙ pugna ⁊ prelia dr̄ñt. vñ Greciſta. Pugnaqȝ pu
gnoꝝ. ſȝ ꝑlia ſunt mulieꝝ. ⁊ pugna venit a ꝟbo pugno as. vľ venit a no-
mine pugnus. qꝛ pugna ſolet fieri cū manib⁹. Et dr̄ñt pugna nomē ⁊ pu-
gna ꝟbū. vñ Pro patria pugna tūc ſit iuſtiſſima pugna. Sȝ patria ē cer-
ta poſſeſſio patris ⁊ matris. ⁊ ſumiť hic ꝓ vita eterna

Hanc concordi famulatu colamus ſolēnitatem. Auto-
ris illius exemplo docti benigno. Pro perſequutorum
precantis fraude ſuorum

¶ Hoc cāticū cantať in honore Stephani ꝓtomartyris. in q̄ autor tria
facit Primo hortať nos ad laudē ſcti ſtephani. Scđo facit exclamatōem
ad ſctm̄ ſtephanū. Tercio dirigit petitōes. ſcđa ibi. O ſtephane. tercia ibi
Nos ꝓinde. Primo đr ſic. Nos xp̄ifideles (colam⁹). i. veneremur (hanc
ſolēnitatē). i. feſtiuitatē (ꝯcordi famulatu). i. vnanimi officio qđ faciam⁹
(docti). i. inſtructi (benigno exēplo). i. experimētali doctria (illi⁹ autoris)
id ē doctoris (ſtephani ꝑcantis). i. orātis (ꝓ fraude) ſcȝ oſtēſa in paſſione
ſua (ſuoꝝ ꝑſequutoꝝ). i. eū torquentiū. ¶ Nota autor đr in lr̄a. autoris
illi⁹. ꝑ hoc dat intelligere ſctm̄ ſtephanū. vñ de eodem đr Act. vi. ca. Ste-
phanus plenus gr̄a ⁊ fortitudine faciebat ſigna ⁊ ꝓdigia magna in ꝑplo
vbi tria innuūtur. Primo illud a q̄ ſctitas ſtephani fontaliť ꝓcedebat Se
cūdo illud in q̄ formaliť ꝯſiſtebat Tercio illud ex q̄ realiter apparebat Pri
mū qđ tāgit apl̄s eſt illud a quo ſctitas ſtephani fontaliť ꝓcedebat. ⁊ illđ
eſt gratie ⁊ virtutū ꝑfectio. cū đr plenus gr̄a. Eſt em̄ gr̄a dei q̄dam fons
cuius oēs virtutes ſunt q̄daȝ riuuli. a quo q̄dē fonte riuulis mediantib⁹
om̄is vite ſanctitas ꝓcedit. ⁊ certe hic fons erat in aīa beati ſtephani q̄ đr
plenus gr̄a ⁊ fortitudine. Ex quo ſeq̄tur ꝙ habebat oēs alias ꝟtutes. cu-
ius rō eſt. qꝛ virtutes ſc̄m eſſe ꝑfectū ſunt ſibijnuicem ꝯnexe. q̄uis em̄ vna
ꝟtus ſc̄m ſe imꝑfecta poſſit eſſe ſine multis alijs ſc̄m eſſe. tn̄ ꝑfecte nō p̄t ha
beri aliqua q̄n habeanť oēs. quare erat plenus gr̄a. fortitudine. ⁊ ꝟtute. et
ſic ſeq̄tur ꝙ in potētia ſue aīe erant om̄es virtutes. Item nota ſicut đr
Act. vi. et. vij. cap̄. Stephanus đr plenus gr̄a. plenus fide. plen⁹ ſpūſctō
et plenus fortitudine Fuit p̄mo plenus gr̄a ad reſpuendū fugibilia. i. pec
cata que nullo mō ſtant ſimul cū gratia. Actu. vi. ca. et per hoc imunis fu
it ab om̄i culpa. Scđo fuit plenus fide ad ꝓfitendū credibilia. vnde Ac-
tuū. vi. đr. Elegerūt apl̄i ſtephanū plenū fide. vbi innuiť ꝙ fuit veriſſim⁹
profeſſor catholice veritatis Tercio ſtephanus fuit plenus ſpiritu ſancto
ad ꝓſequendū agibilia. eſt em̄ ſpūſſctūs ꝑ quē plenā legē ⁊ ꝑfectā iuſticiā

fideles opant̄. Plenꝰ ḡ ſpūſctō. ⁊ ꝑ hoc ꝑfecte iuſticie fuit exequutoꝛ. Vñ. Actuū. vij. Cū eēt plenꝰ ſpūſctō. Quarto fuit plenꝰ fortitudine. qꝛ nec terruit eū nec lapidantiū clamoꝛ. nec dentiū ſtridoꝛ. nec vnanimꝰ ipetus. nō crudel' inſultꝰ lapidū ipoꝝ iudeoꝝ. Cōuenienter ḡ Actuū. vi. dr̄ Stephanꝰ plenꝰ grā ⁊ fortitudine. Itē nota. ſicut Abel fuit ꝑmus martyr in veteri teſtamēto. ſic ⁊ ipē poſt mortē xp̄i ꝑmus martyriū ſuſtinuit. igit̄ in natura ſtephani fuit pleniſſime illud a quo vite ſcītas fontal'r ꝓcedit. vñ ſibi p̄t dici qđ fuit dictū Aſſuero. Valde mirabilis es tu dñe. Gamaliel ḡ nominauit eū dñm. ⁊ ſubiunxit. Et facies tua plena eſt grāꝝ. facies tua ſcʒ interioꝛ. Et certe iſta plenitudo relucebat in facie exterioꝛi. facies eñ ſua erat ſicut facies angeli Actuū. vij. Itē nota. Stephanꝰ interp̄tat̄ ſpeculās. iudicās. iaculās. noꝛma ſeu regulatꝰ. coꝛona ſiue coꝛonatus Vñ ſtephanꝰ fuit ſpeculās ꝑ cognitōem. ſtabat eñ in ſua ſpeculatōne totis noctibꝫ. ſicut dr̄ ꝓpheta. cui dictū fuit illud Eſa. xi. ꝯtēplare in ſpeculo.

Scđo interp̄tat̄ iudicās ꝑ diſcretōeʒ. diſcernebat eñ inter bonū ⁊ malū. inter minꝰ bonū ⁊ magis bonū. īter iudeos ꝑfidos ⁊ chꝛiſtianos fideles. hoc ē iudiciū diſcretōis. de q̄ Jo. xij. dr̄. Nūc eſt iudiciū mundi ⁊c.

Tercio interp̄tat̄ iaculās. ſcʒ oē pctm̄ ⁊ oēs pctōres ꝑ iteremptōeʒ. eo ꝙ dicebat iudeis illđ Eccl'. xvij. Dura ceruice ⁊ circūciſis coꝛdibꝫ Quarto dr̄ noꝛma. ſcʒ hoim ⁊ regulatꝰ in ſe ꝑ bonoꝝ opatōʒ ⁊ honeſtā ꝯuerſationē. Itē interp̄tat̄ coꝛona ſiue coꝛonatus ꝑ martyrij toleratōem. ꝯuis eñ btūs ſtephanꝰ ſit coꝛonatꝰ triplici coꝛona. ſcʒ virginali lilij. ⁊ doctrina magiſterij. ⁊ triūpho martyrij. iſta tñ tercia tanꝗ̄ ꝑncipalioꝛi dr̄ ſpūal'r coronatꝰ. Prima coꝛona dr̄ ſtellea. de q̄ dr̄ Apoca. xij. In capite eiꝰ coꝛona ſtellaꝝ duodecim Scđa dr̄ aurea. de q̄ dr̄ Eccl'. v. Tercia dr̄ gemmea ſiue floꝛea. ⁊ inde iſta dr̄ ꝯgrū ad btm̄ ſtephanū q̄ fuit lapidatꝰ. vt habet̄ in ps. Poſuiſti in capite eiꝰ coꝛonā de lapide p̄cioſo. Illa eſt coꝛona de qua dr̄ Apoca. vi. Data eſt ei. ſupple ſancto ſtephano. ⁊ exiuit vincēs vt vinceret I ē btūs ſtephanus dedit nobis benignū exemplū de quo legit̄ in actibꝫ apl'oꝝ. qꝛ cū btūs ſtephanus lapidaret̄ a iudeis ꝓ eis oꝛauit dicēs. Domine ne ſtatuas illis hoc pctm̄ ⁊c̄. Itē imitabitur doctrinā chꝛiſti dicētis Lu. vi. Oꝛate ꝓ ꝑſequentibꝫ vos

¶ Circa terminos nota. ꝯcoꝛs idē eſt qđ vniformis. ⁊ ē gñis oīs ꝯparabile ⁊ mobile. ꝯpoſitū a con ⁊ a noīe coꝛ. Iñ ꝯcoꝛdia Iñ ꝯcoꝛdo as Inde ꝯcoꝛdāter aduerbiū. Itē famulatꝰ ē nomē q̄rte declinatōis. a famuloꝛ aris Iñ famulꝰ ⁊ familia. Sʒ colo eſt verbū tercie ꝯiugatōnis

O ſtephane ſignifer regꝫ ſummi bone nos exaudi. Proficue qui es pro tuis exauditus inimicis

¶ Hic iā autoꝛ facit exclamatōem ad beatū ſtephanū vt ꝓ nobis intercedere dignet̄ dicēs (O bone ſtephane ſignifer). i. ꝑꝰus ferens ſigna martyrij (ſummi regis). i. Jeſu chꝛiſti (exaudi nos) ſcʒ ſicut te deus exaudiuit. qđ ſubdit̄ (q̄ es exauditus) que ad effectum auditus (proficue) id eſt ſalubꝛiter (pro tuis inimicis). i. ꝑſequutoꝛibꝫ Sciendū ꝙ ſtephanus p̄t

De ſancto Stephano

dici ſignifer ſilitudinarie. qꝛ ſicut ſignifer vl' anteſignarius ducit vexillū in bello. ſic btūs ſtephanus duxit vexillū in paſſione ⁊ martyrio. quia p̄mus martyꝛ erat. Vñ ꝓmartyꝛ dꝛ a ꝓtos qđ ē p̄mū ⁊ martyꝛ teſtis

Paulus tuis p̄cib⁹ ſtephane te quondā ꝑſequutus xp̄o credit

Et tecū tripudiat in regno cui nullus ꝑſequutoꝛ appropinquat.

¶ Subiūgit aūt cām q̄re dixit ꝓficue. qꝛ (paulꝰ ꝑſequutꝰ te quōdā). ſ. tp̄e mortis ⁊ paſſionis tue (credit xp̄o tuis p̄cib⁹). ſ. qs ꝓ eo feciſti (Et tripudiat). i. victoriā h̄ȝ (tecū in regno) ſcȝ celeſti (cui nullꝰ ꝑſequutoꝛ) ſcȝ manens in eo ſtatu (appropinquat) qꝛ nō ſolū nō intrat. ſȝ nec appropinquat.

Itē lr̄a dꝛ Paulꝰ tuis p̄cib⁹. Ubi ſciendū ꝙ ſctūs paulus in iuuētute fuit ꝑſequutoꝛ ſcti ſtephani ⁊ oīm xp̄ianoꝝ. ſȝ poſtq̄ȝ ſctūs ſtephanꝰ orauit ꝓ eo vt fidē reciperet ſtatim ſuis p̄cib⁹ ꝯuerſus fuit ad fidē Sic etiā ſanctus Grego. rogat vt etiā nos ſctūs ſtephanꝰ ſic in firmitate fidei digneť ꝯfirmare Itē legiť in paſſionali ꝙ ſctūs ſtephanꝰ fuit vnus de ſeptē diaconis ab ap̄lis in miniſteriū ordinatus. Cū igiť btūs ſtephanus multa ſigna faceret ⁊ frequētius ꝑplo p̄dicaret, iudei p̄mū p̄liū cū eo fecerūt. vt eū ꝑ diſputatōem vincerēt. ſȝ cū diſputaret ſapientie ipius reſiſtere nō potuerunt. Uidētes igiť vt nō poſſent eū vincere ſeu ſuperare ad ſcđm p̄liū ſe conuerterūt. ſcȝ vt eū falſis teſtib⁹ ſuperarent q̄ eū de q̄ttuoꝛ cauſis accuſabāt. ſcȝ de blaſphemia in deū. in moiſen. in legē. ⁊ in tēplū. Cū igiť falſi teſtes hec dixiſſent btūs Stephanus de his ſe ꝑ ordinem excuſauit. ⁊ p̄mo de blaſphemia in deū dicēs Deū q̄ loquutus fuit patrib⁹ ⁊ ꝓphetis. magnifico ⁊ glorifico. Poſt h̄ excuſauit ſe de ſcđo ꝯmendādo Moiſen in duob⁹ ſcȝ in miraculoꝝ oparōne q̄ in egypto ⁊ deſerto fecit. Scđo de familiaritate dei. ſepe em̄ cū deo loq̄bať. Poſtea excuſauit ſe de tercio ꝯmendādo legē tripl'r. ſcȝ rōne dantis q̄ fuit deꝰ. ⁊ rōne adminiſtrātis q̄ fuit moiſes. et rōne finis. qꝛ dat vitā eternā eā debite ſeruantib⁹. Poſtremo cepit ſe excuſare de q̄rto ꝯmendādo templū q̄drupl'r. ſcȝ ꝙ a deo fuit p̄ceptū fieri. in viſione oſtenſum. a moiſe ꝯſummatū. ⁊ arce teſtamenti ꝯtentiuū. Uidentes ergo iudei ꝙ ſic nō ꝓfecerūt ꝯtra ip̄m terciū p̄lium cogitauerunt. vt eū ſupplicijs ⁊ tormentis ſuperarent. de q̄b⁹ infra dicetur

¶ Pro declaratōe termioꝝ nota. ſignifer dꝛ q̄ſi ſignū ferēs. ⁊ ꝯponiť a noie ſignū ⁊ a v̄bo fero fers Itē ꝓficue eſt aduerbiū deriuatū a noie ꝓficuus. ⁊ idē eſt qđ vtile. Itē quondā ē aduerbiū tp̄is ſ'cās tria tp̄a. vñ v̄ſus. Preſens p̄teritū vult quondā ſiue futuꝝ Itē credo ē v̄bū ꝯpoſitū a ſupino cretū ⁊ do. Vñ nota. cerno ſꝫm artē h̄ȝ cretū in ſupino. qđ p̄ȝ ex eiꝰ ꝯpoſitꝭ. vt ꝯcretū diſcretū. Itē tripudio ē v̄bum neutrale. ⁊ dꝛ a tris qđ ē tres. ⁊ poſt pes. qꝛ in chorea triplex eſt variatio peduꝫ. Uel dꝛ a tri ⁊ pedio pedis. i. calco as. qꝛ in chorea tellus pediť. i. calcať

Nos ꝓinde ſupplices ad te clamātes ⁊ precib⁹ te pulſantes

Oratio ſanctiſſima nos tua ſemꝑ reconciliet deo noſtro

¶ Hic tã autor dirigit petitões ad ſctm̃ Stephanũ. ⁊ dr (pinde). i. ꝓte
rea (nos ſupplices). i. humiliter petẽtes (clamãtes ad te) ſc̃ Stephanum
(et pulſantes te p̃cibꝫ) vt orõ tua ſctiſſima) ſcꝫ interceſſoria ꝓ nob (recõcili
et ſup nos). i. repacificet (deo nr̃o) cũ q̃ ꝑ pctm̃ inimicicias ꝯtraximus
¶ Sciendũ btũs Stephan⁹ hac die nõ ẽ paſſus. ſꝫ illa die q̃ celebraꝛ eius
inuẽtio. ſꝫ feſta mutata ſunt ab eccl'ia duplici de cauſa. Prima. qꝛ natiui-
tas xp̃i corꝑalis ⁊ glioſa q̃ ingreſſus ẽ in mundũ. eſt cã natiuitatꝭ ſpũalis
et glioſe ꝑ quã ſcti ingrediunꝛ in celũ. Vñ btũs Aug⁹. in q̃dã ſmone hu-
ius feſtiuitatꝭ dr. Sol⁹ deſcẽdit dñs vt mũdus releuareꝛ. ⁊ qꝛ p̃m⁹ hõ q̃
in nouo teſtamẽto mortẽ patiẽs ⁊ ꝑ gliam martyrij nat⁹ in celo fuit btũs
Stephanus. idcirco ordinauit eccl'ia vt ſtatim poſt feſtuꝫ natiuitatis xp̃i
corꝑalis ⁊ glioſe fieret feſtũ de natiuitate Stephani ſpũali ⁊ glioſa. vnde
btũs Aug⁹. in eodẽ ſmone vbi ſupra. Heri dñs exiuit de vtero ꝟginis.
hodie ſeru⁹ ẽ egreſſus de ergaſtulo carnis. heri xp̃s fuit ꝓ nob pãnis in-
uolut⁹ hodie Stephanus ab eo ẽ ſtola imortalitatꝭ indutus. heri p̄ſepis
anguſtia xp̃m portauit infantẽ. hodie immẽſitas celi ſuſcepit Stephanũ
triũphantẽ Scd̃a cã vl'rõ. qꝛ feſtũ de inuentõne ſolẽnius agebaꝛ q̃ꝫ fe-
ſtũ paſſionis q̃ꝫ inuentõis. iõ etiã feſtũ paſſionis ad illud feſtũ tranſtulit
in q̃ ampliori reuerẽcia habebaꝛ. Itẽ duplici de cã hec tria feſta q̃ ſequunꝛ
natiuitatẽ dñi ſic voluit ordinare. Primo vt xp̃o ſponſo ⁊ capiti oẽs ſui
comites adiũganꝛ. Natus em̃ xp̃s ſpõſus eccl'ie in hũc mũdũ tres ſibi co-
mites adiũxit. de q̃bꝫ Canti. v. Dilect⁹ meus candid⁹ ⁊ rubicũdus elect⁹
ex milibꝫ Candid⁹ q̃ꝫtũ ad Joannẽ euãgeliſtã. Rubicũd⁹ q̃ꝫtũ ad beatũ
Stephanũ ꝓtomartyrẽ. ⁊ elect⁹ ex milibꝫ q̃ꝫtũ ad turbã innocentiũ Scd̃o
vt ſic eccl'ia oim̃ martyꝝ generatõem ſm̃ gradũ dignitatis inſil' aduna-
ret q̃ꝝ natiuitas xp̃i cã fuit. Eſt tñ triplex martyriũ Primũ volũtate ⁊ oꝑe
qd̃ fuit in btõ Stephano. Scd̃m volũtate ⁊ nõ oꝑe. qd̃ fuit in beato Jo-
anne. Terciũ ẽ oꝑe ⁊ nõ volũtate. qd̃ fuit in innocentibꝫ

¶ Pro declaratõe terminoꝝ nota. l'ra dr ꝑinde. ⁊ valet h̃ tantũ ꝑinde
q̃ꝫtũ ꝑ eo Itẽ dr ſupplices. ⁊ pñt dici illi q̃ ſunt in magna deuotõe. ⁊ venit
ab illo ꝟbo ſupplico qd̃ eſt ꝟbũ petitoriũ regẽs poſt ſe dtm̃ caſum. q̃ꝫuis
tñ alia ꝟba petitõem importãtia acc̃m reqrãt iuxta regulã Priſciani Sꝫ
pulſantes venit a verbo pello pellis qd̃ facit in ſupino pulſuꝫ pulſu Inde
pulſo pulſas. a quo immediate deſcendit. Item ꝯciliũ eſt idẽ qd̃ ꝯgrega-
tio. ſic ſumiꝛ in pſalmo cũ dr. Cõciliũ malignantiũ obſedit me. Et alibi
Non ſedi cum ꝯcilio vanitatis. Inde ꝯcilio as are. id eſt ad ꝯcilium iun-
gere. Inde per ꝯpoſitõnem reconcilio

Te petrus xp̃i miniſtrũ ſtatuit Tu petro normã credendi aſtruis

ad dexterã ſummi patris oſtẽdendo quẽ plebs furẽs crucifixit

¶ Hic btũs Grego. oñdit q̃re ſtephan⁹ fuit in fide ꝯfirmat⁹ oſtẽdẽs eius
martyriũ ⁊ p̃miũ poſt laborẽ dicẽs ſic. O ſtephane ſctũs (petr⁹ ſtatuit). i.
ordinauit (te miniſtrũ xp̃i) ſcꝫ ad officiũ diaconat⁹. in q̃ (tu aſtruis). i. cõ-
firmas (petro normã). i. regulã (credẽdi) quã ſcꝫ a btõ petro recepiſti. ⁊ h̃-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De ſancto Stephano

fecisti (oſtēdendo) ſcȝ eū (quē plebs) ſcȝ iudeoꝝ ⁊ gentiliū (furēs).i.inſa-
niens ⁊ crudelis exñs (crucifixit) ħ ē xp̄m crucifixū. ſcȝ ſtantē vel ſedentē
(ad dexterā ſummi patris) .i. in potioribꝫ bonis patris

Te ſibi chriſtus elegit Stephane. ꝑ quē fideles ſuos corroboret
ſe tibi inter rotatus ſaxoꝝ ſolatio manifeſtās. Nunc inter inclytas
martyrū purpuras coruſcas coronatus

¶ Cōſtrue. O (ſtephane xp̄s elegit te) ſcȝ ſpēalr (ſibi) i p̄dicatorē (ꝑ quē
corroboret).i. ꝯfirmet (fideles ſuos).i. in eū credētes (manifeſtans ſe tibi
inter rotat⁹).i. iter ict⁹ (ſaxoꝝ).i. lapidū (ſolatio).i. ꝓ ſolatio. O ſtepha-
ne tu (coruſcas).i. ſplēdes (nūc) ſcȝ in celo (coronat⁹) qꝛ ſtephan⁹ interp̄-
taf corona (inter iclytas purpuras).i. veſtes rubei coloris. coloratas ſan-
guine martyꝝ).i. militū xp̄i. q̄ ꝓ eo paſſi ſunt. ¶ Nota qn̄ ap̄li elege-
rūt btm̄ ſtephanū tūc petr⁹ ꝯſtituit eū miniſtꝝ. vt p̄dicaret fidē ſeu reſur-
rectōem xp̄i. ſȝ illa electio fuit a deo p̄deſtinata. ⁊ ſpū ſcȝ inſpirante ad effe-
ctū eſt ꝓducta. ⁊ ſtephan⁹ approbauit fidē petri hortando ipm ad ꝯſtan-
tiā paſſionis. qꝛ petr⁹ nō erat ꝓn⁹. ſȝ retrograd⁹ ad paſſionē. qđ ſic pȝ. qꝛ
ipe rephēdit xp̄m dicentē de ſua paſſione cū dixit Dn̄e abſit ħ a te. Itē pȝ
qn̄ fugā paſſionis cepit. ⁊ xp̄s obuiās ſibi dixit. Venio romā iterꝝ crucifi-
gi. hāc incōſtantiā btūs ſtephanus reprobauit qn̄ dixit Video celos ap-
tos ⁊c. Itē autor in lr̄a p̄nti tria facit. Primo oñdit q̄liter btūs ſtepha-
nus fuit elect⁹ ⁊ ad fidē ꝯuerſus. ⁊ ħ patuit in ſcđo ꝟſu hui⁹ ꝓſe. q btūs
ſtephanus fuit vn⁹ de diaconis. vij. ab ap̄lis in miniſtrū dei ꝯſtitut⁹. ꝙ đr
in lr̄a Te petrus xp̄i. Scđo tāgit fortitudo ⁊ ꝯfeſſionis ⁊ ꝓfeſſionis fidei
quā tp̄e paſſionis ꝯſeruauit. vn̄ ſicut p̄miſſum ē q iudei in tercio ꝓlio co-
gitauerūt vt btm̄ ſtephanū tormētis ⁊ ſupplicijs ſuparent. tn̄ btūs Ste-
phanus plen⁹ ſpū ſcto intuens in celū dixit. Video celos aptos ⁊ Ieſum
ſtantē a dextris ꝟtutis dei. Iudei clamātes voce magna impetū fecerūt
vnanimiter in eū. ⁊ ꝓijciētes eum extra ciuitatē lapidabāt arbitrantes ſe
agere ſm legē q docet blaſphemātes extra caſtra lapidari Et illi duo fal-
ſi teſtes q p̄mo debebāt lapidē mittere in eū. depoſuerūt veſtimēta ſua ſe-
cus pedes adoleſcētis q vocabaf ſaul⁹ ⁊ poſtea paul⁹ nūcupat⁹. de q̄ ꝓ-
us dictū ē. q ſaul⁹ dū veſtimenta cuſtodiret ex eo q eos ad lapidandum
promptiores faceret. q̄ſi manu oīm lapidauit. qđ btūs ſtephan⁹ vidēs ꝓ
malo bonū reddēs maximā charitatē ipius oñdit. qn̄ ꝓ ſe ⁊ ꝓ ſuis ꝑſecu-
toribꝫ orauit. Pro ſe q̄dē orauit ne ſua paſſio ꝓlongaref. vt ſic ipi rei noxa
maiori tenerenf. Pro ſuis ꝑſequutoribꝫ orauit ne hoc ipis in pcc̄m iputa-
ref. ꝙ đr ſcriptura. lapidabāt ſtephanū inuocantē ⁊ dicentē. dn̄e Ieſu xp̄e
ſuſcipe ſpm̄ meū. Poſitꝭ āt genibꝫ clamabāt voce magna. dn̄e ne ſtatuas
illis hoc pcc̄m. Vn̄ đr gloſa. q orādo ꝓ inimicis genua flexit. qꝛ poti⁹ ora-
tionē ꝓ ipis cupiebat exaudiri q̄ꝫ ꝓ ſeipo. qꝛ quoꝝ maior fuit iniq̄tas. ma-
ius ſupplicādi remediū poſtulabat. His dictis btūs ſtephan⁹ obdormi-
uit in dn̄o. Et facta ē lapidatio ſtephani eodē anno q dn̄s aſcēdit. tercio
die Auguſti. Secūs ꝓo Gamaliel ⁊ Nicodem⁹ ſepelierūt eū in agro Ga-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

malielis vbi poſtea eius inuẽtio fuit reuelata. Jtẽ ꝙ btũs ſtephanꝰ in hora mortis ſue in multis ſilis fuit Jeſu xp̃o. Primo. qꝛ ſicut xp̃s fuit crucifixus a iudeis. ſic btũs ſtephanꝰ lapidatꝰ. Scđo. qꝛ ſicut xp̃s fuit paſſus ꝓpter falſam ĩpoſitã blaſphemiã. ſic ſuo mõ. b. ſtephanꝰ extra ciuitatẽ lapidatꝰ fuit Tercio ſicut xp̃s patri recõmẽdauit ſpm̃. ſic. b. ſtephanꝰ aiam ſuã recõmendauit xp̃o Quarto ſicut xp̃s poſtulauit veniã p crucifixoribꝫ ſic ⁊ ſtephanꝰ ꝓ lapidãtibꝫ. Quinto. qꝛ ſicut xp̃us clamãs expirauit. ſic ⁊ ſtephanꝰ clamãs in dño expirauit ⁊c. Sꝫ dubiũ ẽ an viſio bti ſtephani. q̃ vidit celos aptos ⁊ Jeſum ſtantẽ a dextris ꝟtutꝫ dei. fuit mentalis imaginaria vl' corꝑalis. Ad hoc dicũt aliq̇. ꝙ fuit mẽtalis tm̃. ita ꝙ ex ſpeciali grã fuit ꝯceſſum ſtephano videre nõ ſolũ hũanitatẽ xp̃i. ſꝫ etiã diuinitatẽ. ſicut Augꝰ. de btõ Paulo ad Paulinũ dr̃. ꝙ ſibi ꝯceſſa erat poteſtas videre diuinã eẽntiã. eo ꝙ erat doctoꝛ gentiũ Sꝫ hoc dictũ nõ videt̃ bñ ꝯſonare dictis ſctõꝝ doctoꝝ. q̇ ꝯcorditer dicũt ꝙ talis viſio nõ eſt conceſſa in pñti vita alicui hoim. Propter hoc dicũt alij ꝙ fuit viſio imaginaria. ita ꝙ in eiꝰ imaginatõe fuerũt effigies diuinitꝰ formate ad repñtãdũ deũ ⁊ hoiem xp̃m. ſicut pꝫ Eſa. vi. Eſaias vidit dñm ſup ſoliũ excelſuꝫ ⁊ ſeraphin ſtãtia ex vtraqꝫ pte. ⁊ mente cognouit ſtephanꝰ ſignatũ illiꝰ repſentatõis. ⁊ ſic q̃tũ ad hoc nõ ſolũ fuit imaginaria viſio. ſꝫ etiã cũ h̃ mentalis. ſicut fiebat ꝓphetis. ⁊ nõ eſt dubiũ q̇n iſto mõ potuit fieri. Sꝫ. pbabilius videt̃ eẽ dõm. ꝙ a corꝑe xp̃i exiſtẽtis in celo fuit ĩmutatꝰ viſus ſtephani ad viſionẽ humanitatis xp̃i Nã in poteſtate eius eſt ꝙ corpus ſuũ videat̃ a lõge ſicut de ꝓpe. ⁊ forte idẽ eſt de quolibet corꝑe alio glorificato ſeu glorioſo. qꝛ totaliter ẽ ſubiectũ aie. ꝓpter qđ videt̃ ꝙ ad nutũ eiꝰ poſſit ĩmutare viſum indifferẽter a longe ⁊ a ꝓpe. ſicut in ꝑtãte eius ẽ ꝙ imutet viſum in ꝓpria vl' in aliena effigie. ſicut dr̃ de corꝑe xp̃i glioſo Lu. vlti. cap. Deitatẽ ꝟo videre nõ potuit iſto mõ. ſed in viſione imaginaria. Sicut format̃ em̃ in ꝟtute imaginari aliqua effigies ad repñtandũ deum. ita exterius poteſt diuinitus formari ad ĩmutatõnem corporalis oculi. ſicut ſuo mõ fit in apparitõne angeloꝝ quãdo apparent in corporibꝫ aſſumptis que corporaliter videntur. ita aliqua effigies corꝑalis nõ a deo ſumpta ſed formata p̃t ipm repñtare oculo corporali. Sic probabiliter poteſt dici ꝙ ſic fuit in viſiõe ſancti ſtephani. mẽtaliter tñ cognouit ꝙ illa effigies nõ erat ipa deitas niſi tm̃ repñtatiue Item autoꝛ tangit in littera virtutẽ p̄mij poſt laborem qñ dr̃ Nũc inclyta ⁊c. qꝛ hac rõne. b. ſtephanꝰ dr̃ martyꝛ. qꝛ ipe in fide catholica ꝓmeruit martyrij palmã ꝯſeruare. Et dr̃ ꝓtomartyꝛ. qꝛ fuit p̄mus martyꝛ

¶ Pro declaratõe terminoꝝ nota Credendũ eſt gerũdiũ illius ꝟbi credo. Jtẽ aſtruo eſt ꝟbũ trãſitiuũ ꝯpoſitũ ab ad ⁊ ſtruo mutãdo d in s. Sed furens ẽ pticipiũ huius ꝟbi furo. qđ hꝫ accõmodatũ p̄teritũ inſaniui. Jtẽ corroboro dr̃ a ꝯſtr roboro. mutãdo n in r. qđ vlterius dr̃ a nomine robur qđ deriuat̃ a noie roboꝛ. qđ ſcat duo. vñ Roboꝛa ſunt trũci. dicuntur roboꝛa vires. Jtẽ rotatus eſt nomẽ quarte declinatõis deriuatũ a noie rota. qđ ſcat penã vl' pſſuram. Itẽ inclytus eſt nomẽ adiectiũ. ⁊ dr̃ ab in qđ eſt valde. ⁊ cleos gloria. quaſi valde glorioſus Saxum eſt nomen neutri generis ſignificans lapidem durum.